

Zeitschrift: Actes de la Société jurassienne d'émulation
Band: 13 (1862)

Artikel: La légende de St-Imier d'après le manuscrit d'Hauterive
Autor: Kohler, Xavier
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-549551>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 07.10.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

LA LÉGENDE DE ST-IMIER

d'après le manuscrit d'Hauterive,

par X. KOHLER.

La bibliothèque cantonale de Fribourg, riche en ouvrages et manuscrits ayant trait surtout à l'histoire ecclésiastique, contient un volume intéressant pour le Jura. Il provient de la bibliothèque du couvent d'Hauterive, et est classé au n° 62 parmi les manuscrits. C'est le *Liber gestorum Barlaam* de Jean Damacène, in-fol. sur velin, du 15^e siècle. Le même volume renferme plusieurs vies de Saints, notamment celle de St-Imier, sous ce titre : *Vita S. Ymerii Eremitæ sæculi VII in monte Jura*. Le catalogue de la bibliothèque où nous avons lu cette indication (t. II, p. 598), ajoutant ces mots : « Cette vie n'a jamais été imprimée, » nous nous sommes adressé à M. le curé Meyer, bibliothécaire, pour en avoir communication. Le savant ecclésiastique, d'une obligeance à toute épreuve, nous a envoyé peu après la copie textuelle de cette *Vie*, que nous présentons à la Société.

M. Trouillat dans les *Monuments de l'histoire de l'Evêché*, donne les *Actes* de St-Imier, d'après trois sources : un bréviaire manuscrit de la bibliothèque de Berne de 1446, un bréviaire manuscrit du diocèse de Bâle, antérieur à 1461, et un autre bréviaire du diocèse, imprimé vers la fin du 15^e siècle, sans date, ni lieu d'impression. La légende d'Hauterive est de la même époque que les actes précités ; elle a toutefois sur ces derniers, un avantage qui mérite de la livrer à la publicité. La vie de St-Imier ne forme un tout d'après les *Actes*, qu'en réunissant les trois versions données par M. Trouillat, soit l'extrait du manuscrit de Berne et les deux extraits de bréviaires du diocèse ; le manuscrit d'Hauterive, en revanche, présente la vie de St-Imier dans son ensemble, en relatant soigneusement toutes les circonstances fournies par les documents publiés, en y ajoutant même certains détails ; les quelques faits qui ne s'y trouvent pas, soit les variantes, peuvent être mis en notes et ne prennent que quelques lignes. On aura, en donnant le jour à cette légende, quelque chose de complet comme pour St-Germain ; il suffit de jeter un coup d'œil sur le manuscrit pour s'en convaincre. Bien qu'en elle-même cette commu-

nication n'ait pas grande importance, elle est cependant de nature à intéresser nos compatriotes, qui doivent tenir à conserver tous les monuments relatifs à notre histoire aussi bien politique que religieuse, et ici surtout, quand il s'agit d'un saint qui a le premier habité, en lui donnant son nom, un des districts les plus importants du Jura, et qui par sa naissance se rattache à un autre district non moins important, où l'Evêché de Bâle eut sa capitale pendant des siècles.

30 septembre 1861.

Vita S^{ti} Ymerii, ex manuscripto Attaripensi.¹

Fuit vir nobilis quidam² gratia Dei peditus, nomine Ymerius. Hic, à puerili ætate Deo deditus, quorundam secularium tumultibus depressus, qui nulli animum dedit voluptati. Sed dum in hac terra adhuc esset positus, despexit jam quasi aridum mundum cum horore.³ Liberiori namque genere ex provincia Augaugie et vico Lugduniaco oriundus, ⁴ sacris litteris instructus, cum multos cerneret ire per abruta viciorum ab occupatione secularium negotiorum se custodiendo abstrahere curavit. Maluit quippe Deo adherere quam hujus mundi viciis inservire.

Videbat enim homines mortales secularia opera exercere, unde gemens in corde suo dicebat : Quid faciam quod cotidie impugnor pravis cogitationibus et refrigerii locum minime invenire valeo? Consilio autem divinitus inito, sacre conversationis oraculum cepit edificare in paterne hereditatis proprietate. Cumque vir Dei ceptum opus in promptu haberet, quedam supervenit muliercula nimio stupore accensa, et vi-

¹ Nous désignerons dans les notes, le bréviaire manuscrit de Berne, de 1446 par *Man. B.* ; le bréviaire manuscrit du diocèse de Bâle, antérieur à 1461, par *Br. bas. m.*, et le bréviaire du diocèse, imprimé vers la fin du 15^e siècle, par *Br. bas.*

² « Quondam. » *Br. bas. m.*

³ « Flore. » *Br. bas. m.*

⁴ « Fuit vir nobilis nomine Ymerius ex provincia *Alseaugie* oriundus, sacris litteris instructus qui nulli animum voluptati dedit. » *Man. B.*

dendi cupiditate anxia et interrogat de muri fabrica, ex qua re Christi famulus Ymerius intelligens non concessum sibi à Deo esse locum, imperfectum muri reliquit edificium. Ac citoque proprio famulo nomine Elberto, relicta domo rebusque propriis ac contribulibus suis et per abruta viarum deserti iter inchoans devenit in vallem quam vulgo Susingum nominant, que eodem tempore inhabitata et colonis inculta manebat, in qua modico tempore ut bonus agricola sentes et spinas propriis manibus extirpare cepit et ad cultum redigere, memorans psalmographi dulcia eloquia, qui ait : De proprio labore manuum panem edentem beatum fore. Sato vero agro excretisque segetibus et in aristas de floribus deductis, nullus in spicis messis colligende fructus apparuit, cernens igitur sacer Ymerius hoc peractum esse omnipotentis Dei examinatione ut per Salomonem sapientia testatur : Quod sicut aurum igne probatur, ita corda filiorum hominum conprobat Dominus.

Cepit requirere alme Dei genitricis Lausannensem ecclesiam,¹ ad quam cum pervenisset, honorabiliter à rectoribus ejusdem ecclesie susceptus est ; horum igitur supplex postulat adjutorium ut ei circa locum episcopio vicinũ degere licuisset ; inter deprecativa autem verba cartam ab eis eo ordine sibi inscribi rogavit, ut si divina clementia aliquem illi acquirendi tribueret gratiam duas acquisitionum particulas prefate ecclesie redderet, tertiam autem portionem sibi famulantibus. Perambulans igitur vicina omnia perscrutando loca, aptum sibi locum minime invenit, in se itaque reversus vir Dei cepit in interiori suo affectuosè meditari, ut loca illa que Christus corporaliter totius mundi salutem edocendo circumivit, quocumque incumbente labore visitaret, hanc maxime labori suo pretendens utilitatem, ut si superno placeret auctori, crucem Christi quam suo gestabat in corpore, usque ad martirii pal-

¹ Cernens vir sanctus examinationem Dei, teste sapientia, quòd sicut aurum in igne probatur, ita corda filiorum hominum conprobat Deus, *Lausannensem* ecclesiam requisivit, petens ut ei circa locum episcopio vicinum degere licuisset. Qui locum aptum non inveniens *Irosolimam* transfretavit...
Man. B.

mam quacumque salutari incidente occasione deportaret; illud dominicum sepiissime revolvens: Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam, et sequatur me. Hac igitur tam sancta vir venerabilis ductus intentione Iherosolimam transfretavit, per triennium sanctissima loca visitando, vigiliis et orationibus die noctuque incessanter desudavit, post modum vero ut talentum sibi creditum ad usuram lacius multiplicaret, lingua syra arabicaque inibi instrui instituit. Ea autem tempestate accidit ut quedam grifis immanissima quondam paganorum insulam, cujus nomen pro loci remocione et temporis vetustate ab usu nostro discessit, cotidie insultando horrenda ingluvie devastaret, hoc divina ut credimus faciente dispensatione, ut qui pro creatore creaturas adorabant ab ipsis merito creaturis affligerentur, et quia in prosperis Deum non recognoverant saltem tormentis ingruentibus afflicti salvatorem desiderarent. Tanta¹ itaque urgente necessitate rex prefate insule consilio inito cum primatibus suis, plebe etiam idipsum acclamante, quod fama christiane religionis que plurimum Iherosolimis vigeat jamjam ad ipsos pervenerat, legatos cum litteris ad primates Iherosolimitane urbis transmisit, testificans² ut si quem sanctum virum ad ipsum transmitteret³ qui terram suam ab instanti tormento⁴ liberaret, tam ipse quam principes sui et omnis plebs sibi subdita fidem christianam susciperent. Quo audito viri Iherosolimitani tantum... aggredi hesitantes renuerunt, beatus vero Ymerius flamine divino celitus inspiratus non de sua presumens sanctitate sed de sui auctoris confidens virtute, qui dixit: Si habetis fidem, sicut granum sinapis diceretis huic arbori moro eradicare et transplantare in mare et obediret vobis, legationem a sancto patriarcha suscipiens et legatis perducentibus eum ad prefatam insulam pervenit, ubi cum magna honorificentia a

¹ « Totâ. » *Br. bas. m.*

² « Testificatur. » *Br. bas. m.*

³ « Mitterent. » *Br. bas. m.* — ⁴ « Ab instanti periculo liberaret, tam ipse quam omnis plebs sibi subdita, fidem christianam susciperet. » *Br. bas. m.*

rege et populo susceptus est.¹ Die itaque prenominata congruum in locum accito conventu tam plebis quam principum, cum beatus Ymerius staret in medio eorum,² supradicta detestanda belua a scopulis quibus predam speculando insidebat, descendens in astantem plebem conabatur irruere ipsam depopulari gestiens, ad cuius alarum horribilem applausum omnes unanimiter perteriti cum ejulatu magno ad terram prostrati sunt. Beatus vero Ymerius nullo terrore percussus est, sed stans in medio conventu, facto signo crucis imperavit belue ut mansueta et sine alicujus lesione in locum sibi paratum descenderet. Ad cuius vocem igitur mansueta ac quasi domestica, continuo grifis in locum sibi a sancto viro perosensum descendit, beatus verò Ymerius intendens in cœlum orationem cum lacrymis hujusmodi fudit dicens : « Omnis qui » in filii tui humilitate jacentem mundum erexisti, erige corda » prostrate plebis sancti spiritus gratia ut de infidelitatis » tenebris erecta et de instanti periculo ad gratiam sanctis- » simi nominis tui liberata et claritatem veri luminis ipsum » videlicet solem justitie recognoscat... Ihesum Christum Do- » minum nostrum, qui tecum vivit et regnat per omnia secula » seculorum. Amen. » Peracta autem oratione, imperavit grifi ut minimam pedis sui ungulam proprio rostro abrasam in memoriam rei geste cederet, ac deindè usque ad extremos fines terre non amplius reversura, nec ulli unquam Deum colenti noscitura, avolaret. Grifis vero, sancti viri imperio in conspectu omnium obediens, tradita ei ungula a finibus illis avolavit, nec deinceps in insula illa apparuit. Ipse verò, baptizato rege et populo et omnia in fide edocto, ordinatisque tribus episcopis qui inibi plebem fideliter regerent et dicto vale omnibus Iherosolimam, cum ungula grifis remeavit, ibique cum ymnis et processionibus gloriose a fratribus susceptus est. Sed inter eos paululum commoratus. Ne favoralis aura peracti miraculi in labo-

¹ « Ubi cum magno honore susceptus est. » *Br. bas. m.*

² « Quàdam verò die, cùm beatus Ymerius staret in medio conventu totius populi. » *Br. bas. m.*

res suos latenter irreperet, tumultum populi ad ipsum confluentis fugiens, assumpto sibi donante patriarcha justi Simeonis brachio et quibusdam aliis reliquiis Sanctorum in prefata grifis ungula repositis, cum comite suo Elberto transmarinas partes reliquit, et ad partes cismarinas quas pridem deseruerat repedavit, tandemque pervenit ad quemdam locum Ciriliacum nomine, ubi secundum suum propositum cœpit ædificare domum; ¹ homines autem illius loci non cognoscentes tanti viri virtutem certatim exire illum inde uno animo coegerunt. Ille autem die ac nocte in oratione se dedit dicens : « Omnis cœli et terræ cunctorum conditor, in cuius voluntate » cuncta subsistunt, cuius voluntati non est qui resistat, qui » revocas errantes ut non pereant, custodi me servum tuum » et ostende mihi locum in quo tibi mundo corde deserviam, » quia non possum invenire locum refrigerii. » Et cum orasset ad Dominum validis precibus, surrexit per exhortationem spiritus talis voluntas, ut per invia moncium, vallium, silvarumque ac per loca asperrima aquarumque decursiones ad locum priorem quem antea dimiserat, cui nomen Susingum est, remeavit. Advesperascente verò die, transacto culmine montis, sed quondam dilapsus est vir domini fontem. ² Noctem verò illam insomnem duxit, et pervigil in Dei laudibus permansit; circa autem gallicinium audivit nole sonitum, pulsansque in latere suum famulum ait ad eum : « Audisne, mi frater, signum quod audio? » Ille econtra : « Nequaquam, sed miror te patrem dicere talia, tot juga moncium pertranseuntes nulla signa vidimus. » Vir autem Dei cultor prumptus

¹ « Qui veniens *Cyriiacum*, non est permissus ibi ædificare domum; verùm compulsus, *Susingam* remeavit. Ubi cum circa mediam noctem culmen montis ascendisset, ordinatione divina personitum campanæ quem audivit, in quolibet galli cantu illius noctis directus est ad locum valde amœnam sibi à Deo provisum, ubi suam invenit silvaticam cum tribus porcis, quæ ad vocem suam, per signum sanctæ crucis, mansueta et domestica effecta est. Verùm illum locum à spinis et urticibus purgavit et templum præparavit. » *Man. B.*

² « Ad quemdam irriguum dilapsus est vir Dei fontem. » *Br. bas.*

incumbit in Dei laudibus, in quibus erat solitus. Intervallo postmodum aliquantulo facto, vice secunda cecinit gallus et iterum audivit tintinnabulum,¹ ipse autem magis magisque mansit in orationibus. Demum per intus crepidinis spacium suis auribus clariùs sonorabiliùsque allatus est metalli sonitus, sacer igitur Ymerius anxius de terna tintinnabuli insonatione suum famulum alloquitur dicens : « Virtutis te signum audire non posse miror. » Is namque diligenter erigens aures protinus audivit sonantem nollam in latere montis positam. Venerabilis p̄sbiter Ymerius gracias agit Deo ; transacto verò noctis crepusculo ipsam in partem, in quâ sonitus increpauerat,² cum omni celeritate angelo pr̄vio ducatum habuit, visumque super memoratum signum festinus accipiens deosculansque ac sinui commendans, subito superni luminis gracia infusus circumquaque habuit intuitum. Dum autem consideraret amenitatem loci, ex improviso juxta densam corilum apparuit sus silvatica cum tribus porcis ex more voluta luto, fricans se ad arborem p̄fatam. Extensa autem isdem pater manu signum crucis edidit, oblitaque ferocitatis sue per crucis dominici signum sus mansueta et domestica effecta est. Interea accessit vir vite reverendus ad corilum, amputavitque ex ea quendam furculum in quo nollam appensam repererat; quem decorticans sustentaculi ferulam fecit, super quam incumbens diutius sanctus oravit Ymerius ut summi Dei pietas fontis sibi venam aperiret. Orante itaque sancto Ymerio, de loco ³ quo ferulam finxerat largiter aqua effluere cœpit, qui fons usque in hodiernum diem salutem prestat infirmis. Mox itaque vir Dei agno-

¹ « Vice secundâ et tertiâ gallus cecinit, ac iterum suis auribus metalli sonitus clariùs insonuit. Sacer igitur vir Dei, auditâ tertiâ tintinnabali sonatione gratias egit Deo. » *Br. bas.*

² « Angelo pr̄vio, ducatum habuit. Dùm autem consideraret am̄nitatem loci, accessit vir virtutis reverendæ, amputavitque ex eâ quemdam surculum in quo nollam pepensam repererat, quem decorticans fixit in terrâ. » *Br. bas.*

³ « De loco in quem surculum fixerat, largiter fores effluere cœpit, usque in hodiernum diem salutem præstans infirmis. » *Br. bas.*

vit quod labor sui operis ibi haberet portum. Extemplo igitur exutus indumento spinarum acaleos in ulticarumque asperitatem incidere et evellere, incendiisque concremando destruere, Deo sibi que locum mundare, templumque preparare curavit, bene igitur jam de foris desiderium suum extinxerat quod diucius intus in animo ardebat. Hujus sancti Ymerii studium fuit super vicinas arbores domum edificare in quo omnibus ad se venientibus caritatis gratiam libentissime hospitum preparabat, et eterne vite desiderio saciabat, si quando culpas quorumlibet agnosceret nunquam ab increpatione parcebat, sed amoris igne succensus studebat per linguam eis servire. Cuncti vero longe lateque positi, audientes oppinionem sancti, frequenter illi transmittabant oblacionum munera. Vir igitur inclitus Ymerius oratorium sibi in honore beatissimi Martini confessoris Christi,¹ cujus sacras reliquias secum ex provincia attulerat, instruxit, ibique nocturno tempore² quiescentibus cunctis seipsum Deo flendo offerebat; dum verò in corporis virtute et in suo fuit robore per singulos dies sacra missarum sollemnia celebravit, nimio se luctu conficiens non solum pro suis criminibus, verum etiam pro tocius mundi; cumque vir sanctus die quadam dominicum corpus perficeret, affuit mutus cujus ad loquendum lingua nunquam fuerat soluta, quem Christi sacerdos advocans libatum Domini corpus ori ejus, commendans diu muta ad loquendum lingua mox est soluta. Igitur post pactum miraculum, longo jam confectus senio religiosus Ymerius in corde suo decrevit qualiter suum corpus per martirium edomaret, lectum humane carni incommodum placuit sibi ex asperrimis facere petris, et per novem annorum curricula breve tantillum quod quievit, super ipsas rupes jacuit; sed et per aliud supplicium dilacerare se disposuit, timens ne aliquando relictum crimen intus in animo fuisset de carnis sue contagione, cotidie enim in nares cribratum cinerem ponebat, ut si quando ad se retraheret spiri-

¹ « Undè sibi in eodem loco in honore beati confessoris. » *Br. bas.*

² « Sive duerno. » *Br. bas.*

tum, cinis intrans per naris concavum evigilare faceret Dei famulum; preter hec talem isdem Dei famulus habuisse abstinentie castigacionem cognoscitur, tribus diebus in ebdomada semel modicum ordeacii panis sumebat, ipsum autem panem aqua et cinere confectum circa horam nonam sumebat. Cumque jam tempus esset ut tanta ac talis virtus remunerari debuisset, membrorum dolor ad precordia rediit, et cum se morti proximum agnovisset, ad confessoris Christi Martini basilicam, quam ipse beatus Ymerius extraxerat, differri se jussit, atque pro expectatione sui exitus psalmos ymnosque prout valebat cum clericis decantabat. Inter hec sancta illa anima carne soluta est.¹ Post mortem quidem illius cottidianis miraculis ejus membra choruscant ad extinctum. namque sancti Ymerii corpus egri veniunt et sanantur, demoniaci liberantur, leprosi mundantur, claudis gressus restituitur, cecis visus redditur, turba merencium et languencium variis infirmitatibus oppressa, salutis medicamentum anime simul et corpore percipit. Perpendite, dilectissimi, qualiter ejus anima vivit illic ubi semper vivit, cujus hic et mortuum corpus in tot miraculis vivit. Gratia Domini nostri Jesu Christi qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen. Explicit vita sancti Ymerii confessoris.



DE LA MODE,

par M. le pasteur E. COURVOISIER.

Combien de fois n'a-t-on pas déjà crié et tempêté contre la mode? Et cependant les plus grands crieurs eux-mêmes sont

¹ « Pridie idus novembris. Post mortem quidem illius, cottidianis miraculis ejus membra coruscant, per eum cui est honor et gloria indeficiens. » *Br. bas. m.* « Carne sancto solutus est. Et post mortem multis miraculis coruscabat. » *Man. B.*